



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. III. De Confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](http://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Ecccl. XVI., „ cludatur gratia. „ *Judicium Lutheri,*
A.C.1521. ait Facultas, *est falsum, temerarium, &*
impium accipiendo gratiam, ut supra pro
gratia gratum faciente sicut eam accipit Scri-
ptor. X. „ Si Joannes Baptista timo-
„ rem docuisset esse initium pœnitentiæ,
„ non ideo sequeretur pœnitentiam inci-
„ pere a timore. „ *Hæc propositio est*
manifeste erronea, in Christum & inspira-
tam Præcursoris ejus doctrinam contume-
liosa.

TITULUS III.

De Confessione.

Hic septem continet propositiones, qua-
rum prima est: „ Ars confitendi, qua-
„ hucusque docti sumus arenam nume-
„ rare, singula peccata discutere, colli-
„ gere, atque ponderare ad faciendam
„ contritionem, est ars inutilis, imo ars
„ desperandi, & perdendi animas. „
Hæc propositio est falsa, impia, schismati-
ca, & confessioni, quæ est ars lucrandi ani-
mas, injuriosa. II. „ Confessio illa, quæ
„ nunc agitur occulte in aurem, nullo
„ potest divino jure probari, nec ita fie-
„ bat primitus. „ *Hujus propositionis pri-*
ma pars est falsa, & ex ignorantia juris di-
vini asserta. Secunda est temerarie posita.
III. „ Spiritualis defectus est soli Deo a-
„ periendus. IV. Si oportet confiteri
„ occulta cordis, tantum ea, quæ ple-

vii

„ ni sunt consensus opera, homines de- Sæcul.XVI.
A.C.1521.
 „ bent confiteri. V. Peccata contra duo
 „ ultima præcepta Decalogi commissa
 „ sunt prorsus a confessione secludenda. „
Quælibet harum trium propositionum est in fide erronea, & impie confessionem dimidians.
 VI. „ Nullo modo præsumat homo con-
 „ fiteri peccata venialia. „ *Hæc dissua-
 „ fio est temerarii animi indicativa, ab opere
 „ bono retractiva, & ideo perniciosa.* VII.
 „ Non justificamur operibus, neque pœ-
 „ nitentiis aut confessionibus. „ *Hæc
 „ propositio loquendo de operibus bonis fidem
 „ Mediatoris non excludentibus est erronea,
 „ pœnitentiæ, & confessionis contemptiva, &
 „ fano divinæ Scripturæ intellectui aduersa.*

TITULUS IV.

De Absolutione.

Sub hoc articulo quatuor propositiones recensentur, quarum prima est hæc:
 „ Absolutio est efficax non quia fit, a
 „ quocunque tandem fiat, erret, sive
 „ non erret: sed quia creditur. II. Cre-
 „ de fortiter, te esse absolutum, & ab-
 „ solutus vere eris, quicquid sit de tua
 „ contritione. III. Esto per impossibi-
 „ le, quod confessus non sit contritus,
 „ aut quod Sacerdos non ferio, sed jo-
 „ co absolvat, si tamen credit se esse ab-
 „ solutum, verissime est absolutus., Hæ-
tres